



nouerit non quod tibi debeo sed quid anime meae conueniat inpen-
surum: quia sola est quae maiore a deo retributionem meretur affec-
tio cum nullis hominum dotibus, prouocata conceditur

ENNODIUS EUGENI

Quocient sensuum pignoribus uerba famulantur quasi in quodam
speculo ita in paginis sermo sibiamicam pingit effigiem: cum qua ui-
ua uice conloquitur & dulci simulacro desideris obsequente gratula-
latur: nulla quidem conceptum federati pectoris eloquitur oris as-
fluentia: & cum sint faciliora uerba beneficis nec existat quod
crescere nequeat ambitione dicendi: ego in exemplanda circa
uos diligentia agentem testor infancia: unanimitate tam utram-
tacetur nitatis incessu quod gemina scriptione donatus nihil
deuocaria relatione cogitasti: ecce terum paginas mitto sciens
tribuere quod exspecto: uale mi domine & amantem tui
adloquere more quo clarus es fove integritate qua preualet

ENNODIUS AUIENO

Miror fauis magnitudinis tuae in iocunda copulari: & se-
renitate conscientiae uerborum austeritate maculata: dum
scribis imperare me potius paginas quam diligentia ex acore
promereri: putant ullum genus domi nandi esse sublimius quam
illud quod amore nos subicit: nulle sunt domine auiene culmina
auugo caritatis inimica: quid quid morbe libertatis est tali
non subtrahitur seruituti: ecce ego loco humilis ignotus
honoribus uestris fasces: sic iubebo parili contentus ordine
subiacere: nunc uale & quantum triburabi senseris: tantum
mihi sicut fidelis restitutor affectionis impende

SUPER REGIAM TRICLINII UERSUS IN DOCCO

Nauta per postes suspendit munera ponti
in foribus propriis flamme parca gerens
venator porcorum ad pondus missile ferrum
uestibulum galea comitatur armigeri
discurat in ualuis ars uirtus nom origo
nos frontis signo credimur esse di